



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. vi. De luxuria & libidi[n]e & q[ui]nq[ue] partito i[n]troitu mortis: &
quoru[m] sensuu[m] sit voluptas perniciosior/ & triplici genere
co[n]uiuioru[m]: s[ecundu]m portunianu[m] & pernitie gule: & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)

C De luxuria & libidine & quinq; partito introitu mortis: & quorum sensuum sit voluptas perniciosior: & triplici genere cō uiuitorū: fm portunianū & pernicie gule: & de cōiuiuo didonis & euandri apud virgiliū. Capitulum. VI.

E A tenuis iam sermo processit vt aut virtutem aut publicam fere opinionem oporteat impugnari. Imminet enim iā colluctatio aduersus carnē & sanguinem & fores videmur liberalitati precludere / & iocūditatem auferre de vita: cum gemine vias luxurie epicureis reclamationibus coartamus. Est enim blandū (vt ait valerius) luxuria malum: quā accusare aliquāto facilius est q̄ vitare. Nā & volumen quod propheta vorare p̄cipitur in ore quidē dulcescit vt mel: sed amaricatur venter: cū ip̄a dulcedo verborū digerenda est in vsum operū. Est autem libido cognata & p̄iūcta luxurie: cuius sequela imundicia: finis indubitatus cōfusio est: precedat ergo sermone que origine & causa prior est. Licet autē per qnq; sensuum portas lenocinia luxus eque introeāt: voluptas aurīū magis videtur ad immundiciā accedere: & que ex gustu prouenit vel tactu sordidior est: & olfaciendi & vidēdi delectatio: medium locum tenet. Nam neq; satis interdum habet munditie: nec ad sordes perniciosissimas vsq; prolabitur. Siquidem mors per oculorū fenestras ingredit̄: cū quisq; delectat̄ cricensiū certamine athletarū: hystriōnū mobilitate: mulierū formis: gemarū splendore: vestiū metallorū: aliorūq; quibus libertas anime captiuat̄. Rursus si audit̄ vario organorum cantu vocūq; flectionibus mulceatur ad carmina poetarum: comediarum & tragediarum actus: mimorū vrbantates: & strophas & quicquid huiusmodi per aurē incedit: virilitatem mentis effeminat. Odores autē suauitas: & diuersa thimiamata / & amoniū muscus peregrini muris pellicula: q̄ dissolutos moribus faciant: nemo nisi dissolutus negat: nam peregrinos odores non nisi dissolutis & amatoribus conuenire: comicus & cocus docent. Porro ciborū auaritas auaritie mater est: & animum quasi quibusdam comis pedibus degrauatum: tenet in terra: ergo propter breuem gule voluptatem terre lustrantur & maria: & vt mullum vinum preciosusq; cibus fauces pertranseat: totius vite opere desudatur. Ipsi quoq; muri hierusalem & si videantur in petra solidati: tādē ruūt & cōplanant̄ equati solo nabuzardā cocorū p̄ncipe imperate. Tactus autē alienorū corporū & feminarū ardentior appetitus vicin⁹ insanie est. Quicqd̄ sensus qlibet moliat̄: lud⁹ acio

Valeri⁹. lib. ix
Apocalip. x.

iii. Reg. vlti.
Hiere. xxxix. &
lij.

Polícraticí de Curialiū nugis.

Hieronymus.

De origine q̄
ppter vitā dā
fornicationē r
ipsi⁹ suspitio
nē se castravit
De phis q̄ si
bi oculos effo
derūt vt essent
cōtinentes.
Exitus volu
ptatū sunt re
cordādi nō au
tem initia.

cus est pre his qui affert vt verbo comici vtat huiusmōi rabies. Hinc enim cupim⁹/irascimur/gestimur/emulamur/folliciti sumus & expleta voluptate:p quandā penitudinem rursus accendimur:querimusq; facere/qd cū fecerim⁹ iterū peniteamus. Ergo cū per has portas quasi quidā cunei pturbationū ad arcem vestre mentis intrauerint (vt ait beatus hieronym⁹) vbi erit libertas/vbi fortitudo eius/vbi de deo cogitatio/maxie cū recordatio tactus depingat sibi etiā preteritas voluptates:& renemoratione vitiorū cogat aīam pati/& quodāmō exercere quod nō agit. Forte hinc est quod cū apostolus vitiis oībus censuerit reluctandū:aduersus fornicationem:nō cōgressū:sed fugā indicēs fugite (inquit) fornicationē:nā hec dū exercetur dñi immemor est:& preterita dū ad memoriam redit pestiferas excitat voluptates. Vt de ceteris taceam quos simplicitas egit in culpā philosophus acutissimus & litteratissimus xpianus & feruentissimus in fide origenes sicut ecclesiastica refert hystoria: seipsum castravit fornicationem efficacissime fugiēs: immo & omnem que fingi posset precauens suspensionem: vt ex inde sine nota cū virginibus habitaret. Quod autem mirabilius est:legunt quidam philosophorū sibi etiam oculos effodisse/ne exteriorū illecebris caperentur. Vtiq; admirando boni & honesti feruebant zelo/& si recti sciētiam non haberent. Scitum est/& scitu dignū aristotilis dictum:quo voluptatū initia obliuioni mandanda asseruit:& solos exitus recordandos:fessas enim penitentiaq; plenas quominus auide reputantur subiicit animis/ & quod in eis iocundum est ne redeant iubet abscondi. Dicit apostolus quod voluerit:quia fornicationem fugere & gule seruire aut omnino impossibile/aut difficillimū est. Nam & illa pars gule que corpori vires adimit nequaq; mechie expers est. Venerem bach⁹ plerumq; expugnat:& tamē in sacello voluptatis nemine reclamante conueniunt. Si bachus obtinuerit/venerē non voluptatem extinguit aut nulla ebrietas:aut tanta fit: vt tibi vires eripiat. Si qua est inter vtramq; nocet:vtrobq; a deo receditur:sed qua magis aberretur nō facile dixerim. Sed iam alterū/errorū nomine non censetur:quia auaritie pcellit notam & ingenue liberalitatis habere videtur imaginē. Cum enim liberalitatis effectus nunc a loco/nunc a tēpore/nunc a quantitate/nunc a personis:nunc ab vsu & assiduitate exercende laudetur/illa precipue cōmendabilis creditur:que in alimentis & his quib⁹ natura indiget aut vita ciuilis ornatur clarius enitescit. Ergo qui omnes

admittit ad mensam: exactissime liberalitatis est. Plane quidē
 eoq; liberalior: quo plures admittit. Sed hoc calculo paucissimi
 colliguntur. Proximus est qui & si nō oēs admittat: eos quos in-
 troducit sic cibatur: sic potatur: sic in tricliniis fulsit & locat discubē-
 tes in sedilibus/ vt nihil vel excogitari lautius possit. Multipli-
 cantur fercula/ cibi alii aliis farciuntur. cōdiuntur hec illis/ & in in-
 iuriā nature innatū relinquere: & alienum coguntur sapore af-
 ferre. Cōficiuntur salsamenta garo/ nihil vilius est nisi cōpluriū
 polliciat effectus & iudicia specierū. Egregium tamen est in
 huiusmodi qd mimis & hystriionib⁹ & rumigerulis placet: hec
 enim non ad vtilitatem/ sed ad opinionē omnia fiunt. Cocorū sol-
 licitudo feruet arte multiplici: eliciuntur iura: quid quo die geri
 oporteat: & quotidianis ministrari conuiuiis. Domestic⁹ dicta-
 tor nocte dieq; deliberat: vnde cumq; conquirat irritamēta gule/
 & vnde palati vires excitet: hebetati nihil arbitrans expeditū/
 nisi cum intemperatiē fuerit satisfactum. Sūt & qui poculis fer-
 cula subruant/ & quasi homerici auctoritate decreti/ incentiuū
 ingenii: & fomitē vtilitatis: & quendā hylaritatis fontem opinan-
 tur/ si se omnino mero sicera ve proluerint. Pheatum ergo mo-
 re confurgunt/ & q̄ in exhauriēdis poculū perditior est/ potior iu-
 dicatur. Dicitur quia aleator quanto in arte doctior/ tanto ne-
 quior: & plane qui bibatior est/ alios malicia & iniquitate transcē-
 dit. Immolauit israel apostatās a salutari suo filios & filias suas
 demoniis: & isti dum ingurgitatione vini aut sicere spm̄ depri-
 mūt: extinguunt scintillulam rationis/ se totos immundicie p̄-
 stituunt/ & bachantium spiritum deuouēt. Quidnam possūt fa-
 miliarius immolare? Ceterum sunt qui ista contēnant/ qm̄ hec
 vulgarium/ & vt dicā plebeiorū videtur conuiuiorū esse profes-
 sio/ si quidem alia philosophica/ alia ciuilia/ alia dicuntur esse ple-
 beia. In his laudi plerūq; ducitur: si sic tua prodigas semel vt tri-
 mēstruo toto esuriens/ cōiuiua impudēs mensas circumeas alie-
 nas. Hoc quidem sepe prodigalitatē interdū & auaritie nota est
 Nā (vt dicitur) auarus cū incipit modū excedit. Poteris vide-
 re q̄ plurimos/ q̄ fere āno toto p̄simonie student: & ad purgandā
 auaritie labē epulones conuocant & parasitos: & collegiū nuga-
 torum qui aliene nidore culine capiuntur: & quos magis honora-
 re voluerint maioribus oneratos minorib⁹ poculis ingurgitāt/
 & distendunt/ & donec rapidam orexim excutiant: aliqd amici-
 tie aut festiuitati credunt esse subtractū. At hoc ab omni vrbani-
 tate adeo procul est: vt barbari vitis familiaris sit q̄ vite cū

Sicera est oīs
 potio q̄ extra
 vinū inebria-
 re potest.

Polícratici de Curialiū nugis.

inli. Siquidē conuiuiorum ciuiliū ratio media est: vt etiā sobrietatem exhilaret: & in satietate opulentia crapulā vitet. Nā & habundantiā cibi & potus habet: & quasi copie cornu dispensans omnia sic parcat vt effundat: sic effundit vt parcat & quam habet penes se rationem non negligit quidem: sed vt ait portu nianus rationem non ostentat impense. Nihil enim molestius est q̄ si triclinii presul in conuiuio sedere videatur ad calculum. Vnde non satis michi videntur ciuiles esse quidam de liberali tate inepta gloriātes: qui singulis noctibus cū seruis suis calculum ponunt: & quod effuderunt vsu vel abusu diurno: quasi nocturnis lachrymis deflent: suboriuntur lites: accedunt mine/ arguuntur aut furti: aut insipientie serui & quasi re male amministrata: eiiciuntur & torquentur interdum quandoq; quod effundere iussi sunt refundere compelluntur: & conscii turbantur omnes/dum dominus pecuniam que euasit suspiriis & dolore prosequitur. Sepe etiam euenit: vt qui ad requisita nature ingressus est: ibidem quo verecundia hominum fugit aspectum cum ministris exactissimam habeat sumptuū ratioem. Recte quidem quia nullus locus tractandis sordibus eis magis videtur accommodus/sane nō q̄ sordidum dixerim si diligēs paterfamilias id agit: vt ei constet ratio impense: si tamen hoc gradus aut dignitas persone non adimit: sed in eo vitam terere & tota mēte vexari: et sic quidem vt alius sit & alius videatur: nequaq; arbitror a sordibus alienum. Et quidem conuiuiorum ciuiliū teste portuniano regula est: vt his plurimum pro more condegentiū liceat: sobrietate hylari non soluta. Nam conuiuentibus sic more geri oporteat vt licentia letior nequaq; in turpitudinem luxurię prouat. Illa siquidem quasi omnium gētium hostis teterrima & acerbissima vitanda est. Diogenes tyrannos & subuersores urbium/bellaq; vel hostilia vel ciuilia: nō pro simplici victu oleorum pomorumq; sed pro carnalibus epularumq; delitiis asserit excitari. Rectius quidem bellorum hostilium vel ciuiliū matrem & altricem luxuriam/que non in sola gula placanda consistit posuisset: sed totum intellexit in parte/dum illam que in cibo & potu & venere: & cultu splendido cōstat/ ad gule speciem coartauit. Nam in his precipue luxuria eminent & perniciosius nocet/quorum meditatio & iuge exercitiū est: vt epulens quoti die splendide. Hec enim intemperātia bonos mores subuertit: & totius hominis saluti preiudicat: & nisi coerceatur prorsus humani corporis fabricam soluit. Actor est Hypocrates/ crassa &

Itō de fatuis sumptuosiss q̄ penā eorū q̄ prodigaliter expēdiderūt in seruos reflectūt.

Diogenis dictū circa tyrānos/subuersores urbium & bella.

obesa corpora cum crescendi modum impleuerint: necessariam esse sanguinis demptionem vt habeant in que rursus crescere possint/ alioquin plenitudinis distente satietas in paralysim & pessima genera morborum erumpit. Impossibile eni est in vno statu corporum permanere naturam: sed motu suo crescere: vel decrescere necesse est. & nisi crescedi capax sit animal/ omnino subsistere nequit. Ferunt & galienum decime semper diei abstinentiam loco efficacissime & saluberrime medicinalis cure in dixisse/ nec facile posse nisi corruptioris nature fuerit morbus/ grauioribus subiacere: qui decima quaque die ab omni cibo abstinet: aut simplicissima dieta transigit vitam. Sunt adhuc qui sextam feriam in ieiunio sine cibo transigant/ vel eo vtantur minimo quod quidem & religioni & incolumitati sicut experti loquuntur/ certissime seruit. Refert pompeius trogus quod teterrimus sicilie tyrannus dionysius: dum gule & edacitati deditus erat: oculorum lumen amiserit. Nichil enim est quod certiozem aut citiozem inducat caliginem/ iugi ingluuie: quia (vt ait Portunianus edacitas cibos terit: sed oculos vorat. Galienus auctore Hieronymo doctissimus interpres hypocratis dicit in exhortatione medicine/ athletas quorum vita & ars sagina est: nec viuere posse: nec diu esse sanos animasque eorum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto inuolutas/ nichil tenue/ nichil celeste: sed semper de canibus & ructu cogitare: & ventris ingluuie. ¶ Legimus etiam quosdam morbo articulari: & podagregre humoribus laborantes/ proscensione bonorum/ ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos/ conualuisse. Caruerant enim sollicitudine dispensande domus/ & epularum largitate/ que & corpus frangunt & animam. Irridet flaccus appetitum ciborum qui consumpti relinquunt penitentiam. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. Et cum in amenissimo agro in morsum voluptuosorum hominum se crassum pinguemque describeret lusit his verbis. Me pinguem & nitidum bene curata cute bifas/ cum ridere voles. Epicurie grege porcum. Sed & ex vilissimis cibis vitanda satietas est. Nichil enim ita obruit animus: vt plenus venter: & exestuans: & huc illucque se vertens: & in ructus vel increpitus ventorum efflatione respirans. ¶ Quale illud ieiunium/ aut qualis refectio post ieiunium cum pridianis epulis distedimur/ & gutture nostrum mediatorium efficitur lahyrmarum. Dumque volu-

Hypocratis
dictū de cras-
sis corpib⁹ mē-
nuendis.

De vtilitate
abstinētie de-
cime diei sēcū
galienum.

De ieiunio se-
pte ferie.

De amissione
oculorū ppter
edacitatē sēcū
trogū pōpēiū
in dionysio
tyranno.

De athletis sa-
ginatis q̄ nec
viuere nec sa-
ni esse possunt
sēcū Galēnū.
de cōse. dist. v.
nec tales. i. fi.
De podagricis
ad paupertatē
reductis libe-
ratis.

¶ Versus.

Polícratici de Curialiū nugis.

mus prolixioris in edie famē querere: tātum voramus/quantū
vix alterius diei nox digerat. Itaq; nō tam ieiuniū appellādum
est: q̄ crapula: ac fetens & molesta digestio. Hec quidē Hierony
mus. Et licet ieiunii faciat mētionē etiā religione deducta: fru
galitatis maxias & saluberrimas cōmendat vtilitates. Hoc autē
elegantē & ait de portunianus neminē ciuilitē conuiuari: nisi
qui sibi in cibo & potu frugalitatē & modestie prescribit formā.
Immoderatio cibi & potus dispensatricem oīm officiorū tēpe
rantiam abigit. Ea impellente: fit homo tardus ad audiendū/
velox ad loquēdū/ & velox ad iram: fit ad libidinem pronus: &
ad queuis flagitia preceptus. Qui modestiam deserit ad plebeia
cōnuandi cōsuetudinē facillime prolabitur a ciuili. Innuit hoc
maro homerice pfectionis fidelissimus imitator: quidū a rege
pheacū vlixem exceptū recolit: eneam naufragū in cōuiuū di
donis introducit & pheacū & affrorū luxuriā in vno cōuiuio ele
ganter expressit. Postq̄ prima quies epul' mēseq; remote. Crate
ras magnos statuūt & vina coronāt. Fit strepitus tectis/vocēq;
per ampla volutāt Atria/ dependēt lichni laquearibus aureis
Incēsi/ & noctē flaminis funalia vincūt. Hic regina grauē gem
mis auroq; poposcit. Impleuitq; mero paterā: q̄ belus & oēs. A
belo soliti: tūc facta silentia tectis Iupiter hospitib' nā te dare iu
ra loquūtur Hunc letum tiriūq; diē troiaq; profectis Esse velis:
nostrosq; hui' meminisse minores Assit letitie bach' dator: &
bona iuno. Et vos o tyrii cetū celebrate fauentes. Dixit & imen
sum laticū libauit honorē. Primaq; libato sūmoten' attigit ore.
Tū bicie dedit increpitans: ille ipiger hausit. Spumantē pate
ram: & pleno se proluuit auro. Post alii proceres: cythara crinit'
yopas: Personat aurata: docuit qui maximus athlas. Vnde ho
minū genus & pecudes: vnde ymber & ignis. Arturū pliadēq;
hyadas: geminosq; triones. Quid tamē oceano properēt se ti
gere soles. Hiberni vel que tardis mora noctib' obstet. Ingemi
nant plausu tyrii troesq; sequuntur. Nec non & vario noctē ser
mone trahebant. Infelix dido: longūq; bibebat amorē. Vides
ne delicati instituta conuiuii: pcessū & exitum? Superflua siqui
dem precessisse & luxum epularum grauē fuisse indicat quod
premisit. Postq̄ prima quies epulis Qui alibi partioris mense
sobrietatem notans: & que solis gaudet necessariis: ait. Postq̄
exēpta fames epul'. Verūq; cib' hoies efficit tacitos: pot' loq̄ces
strepitū & cet' a lux' insignia. q̄ de licētia bibēdi pueniūt prudē
ter adiunxit. In ipa quoq; agapetay cōsuetudine planū est inue

De hoc Virgi
lius iij. eneid.

Uersus virgi
lij in. iij.

nire superstitionē qua numinis sollicitat gratia: & quasi religio
 sis precibus imitatur: qui luxu & immundicia piis mentib⁹ ini-
 mica procul abigitur. Siquidem aut deus sobrius nō est / aut ei
 ebrietas displicet. Sine mensura bibitur ad mensuram / & is ce-
 teris preualet: qui aut gula / aut dolo strauit / aut vicit compota-
 tores. Inuenies illic qui nestoris ebibat annos. Quot sit per cali-
 ces facta sibilla senex. Potus quidē a curis animū redimit: soluit
 mentem: conceptam letitiam dissimulare non potest. Pronum
 pit in cantica / & ab eis ad libidinem vergit. Cithara crinitus io-
 pas non stulticia vel bucolica personat amatorū. Sed ea que
 ciuilis conuentus venustatē deceat: & philosophici maiestates.
 Vtinā in christianorū cetibus rememorent^r illa que in luxurio-
 so didonis conuiuio crinitus & incompositus iopas personuit:
 vtinam bucolica: vel stulticia amatorū conquiescant ī domo
 sapientis / & ea in auditu omniū resonent: que aut profint aut si-
 ne turpitudine & corruptione demulceant. Et quidem elegant^r
 innuit in cātico cytharedi poeta doctissim⁹ veterū grauitatem
 qui in cetu ciuili nihil admittebat: nisi qđ nature aut morū īstru-
 ctione polleret. Plausū conuiuii varius fimo psequit^r: eoq; vene-
 ris in vina parante mens ebria longū insolubilē & pestiferum
 bibit amorē: quē diffinit phīs esse p̄cipiscētiā coeundi. Cāpanā
 luxuriā vrbi fuisse putilē hystoricorū testimonio percelebre est.
 Inuictum enī armis hannibalē illecebris suis cōplexa / romano
 militi vincendū tradidit. Illa vigilantissimū ducē / illa exercitū
 acerrimū / dapibus largis / habundantivino: vnguentorū fragrā-
 tia veneris vsu lasciuiore ad sōnū & delicias euocauit. At tamē
 demū fracta & contusa punita feritas ē: cum se plasia & albana
 castra esse ceperunt. Quid his ergo vitūs fedius & dānosius q-
 bus virtus atteritur / victorie relanguescant: sopita gloria in in-
 famiā vertitur: animiq; pariter & corporis vires adeo expugnā-
 tur: vt nescias ab hostibus ne an ab illis capi perniciosius haben-
 dum sit. Vrbs volūmēsiū opulēta diuitiis / ornata morib⁹ & le-
 gibus ordinata caput curie habebatur. Sed postq̄ luxuriā prola-
 psa est: in profundum iniuriarū & turpitudinis decidit: vt seruo-
 rum se insolentissime dominationi subiiceret / qui primi senato-
 rum admodum pauci ordinem intrare ausi / mox vniuersā rem-
 publicam occupauerūt. testamēta ad arbitrium suum scribi iur-
 bebant / conuiuia cetusq; ingenuorum fieri vetebant: ducebāt fi-
 lias dominorū. Postremo lege sanxerūt: vt supra sua inuiduis
 pariter atq; in nuptis impunita essent: ac ne qua virgo ingenuo



Idē de hannis-
 bale rei⁹ exerci-
 citu victis et
 corruptis pro-
 pter cāpanā
 luxuriā.

Polícratíci de Curialíū nugis.

*Esopi descri-
ptio de furiosa
luxuria.*

*Metelli p[ro]p[ri]e
prehensio q[ue] se
nimis honora-
ri patiebatur.*

*De xerxe ob lu-
xuriā & diuiti-
as victo.*

*De tēpamēto
quiuis quo enā
drus suscepit
eneam.
Virgil. in. vij.
eneyd.*

nuberet cuius castitatem non ante aliquis de numero ipsorum de-
libasset. Esopus tragedus furiose luxurie depigit iuuenem / quē
constat aceto liquefactos gradis summe vniones potionibus asp-
gere solitum vt amplissimū patrimoniū posset vna sorbitiūcu-
la deglutire. Metellus pius ab his qui res memorabiles scribunt
arguitur / quod se aris & thure patiebatur ab hospitibus excipi / letoque
intuebatur animo a thalicis auleis in aduentu suo contactos pa-
rietes: & immanibus epulis ludos apparatusissimos / sinebat inter-
poni / & in veste palmata cōiuiua celebrabat: demissasque lacuna-
ribus velut celesti capite recipiebat coronas. Et vbi ista? Nō in
grecia / neque in asia: quarum luxuria: vltimam seueritatē corrup-
pere solet: sed in horrida & bellicosa puincia / & que romanorum
exercitiū oculos / lusitanis telis prestringere consuevit. Xerxes
opum regiarū ostentatione eximia eoque luxuria gaudebat: vt
edicto premiū ei proponeret: qui nouū voluptatis generū repperisset /
qua & delitiis dum nimis capitur / cum amplissimi ruina imperii
apud salaminā vix vna naue euasit. Sed quia luxuriosū mulie-
bris intemperantie conuiuium apud maronem accepisti fruga-
lioris mense sobrietatē & continentiorē cetum enea apud euandrum
officio humanitatis excepto inuenies. Si quidem confederan-
tur viri rex pacis dexteram dat / humanitatis verba officiosissimū
hospes preloquitur. Hec vbi dicta / dapes iubet & sublata reponi
pocula / gramineoque viros locat ipse sedili precipuūque thoro & vil-
losi pelle leonis. Accipit eneam solioque inuitat aceruo. Tū lecti
iuuenes certati areque sacerdos. Viscera tosta ferunt taurorum one-
rantque canistris. Dona laborate cereris: bachūque ministrant. Ve-
scitur eneas simul & troiana iuuetus. Perpetui tergo bonis & lu-
stralibus extis. Ibi cuncta sunt aurea & vniuersa suo nitore pre-
fulgent. Hic sedile gramineum aceruū solium: & que virum fortē
deceat spoliati leonis pellis villosa. Hic lecti iuuenes necessaria
ibi famule / superflua & perniciose ministrant. Ibi vix ab epulis
tandem quies indulgetur. Hic eximitur fames & edendi epulis
frugalibus comprimitur ardor: ibi crinitus yopas luxuriatium
letificat cetum. Hic are sacerdos refectionem sobriam cōsecrat
religioni. Hic post mensam seria tractantur: & ad erigendā re-
publicam erigitur virile robur / ibi vt luxurie faueant fufis preci-
bus inuitantur & numina. Late sunt ergo sicut in saturnaliorū
libro legitur ad luxuriam reprimendā leges plurime quarū per-
functoriam mentionem in calce ciuili conuiuii ponere nec te-
diosum erit: nec omnino inutile.